



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Paraphrasis Psalmorvm Davidis Poetica**

**Buchanan, George**

**Argentorati, M. D. LXVIII.**

**VD16 B 3125**

Psal. XCIII. Deus ultionum Dominus, Deus ultionu[m] liberè egit, &c. Carm.  
gen. 14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69145](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69145)

Cuius ab æterno solium est immobile regni,  
 Ut ipse, nullas temporum metuens uices.  
 Flumina præcipites uoluant quū murmure flu  
 Et æquor undis æstuet minacibus, (Etus,  
 Cōpescit Dominus grauidis turgentia nimbis  
 Flumina, minacis sternit undas æquoris.  
 Stat fixum & cunctis manet inuariabile sæclis  
 Quodcunq; Dominus ore sancto protulit.  
 Quæq; edē exornat Domini sacra mystica, nul  
 Obluionis damna seræ sentient. (la

PSAL. XCIV. Deus ultionum Dominus,  
 Deus ultionū liberè egit, &c. Carm. gen. 14.

O Fraudis ultor, sceleris ô uindex Deus,  
 Ostende numen impios contra tuum.  
 O iuste iudex orbis expurgiscere,  
 Meritisq; pœnis reprime arrogantiam.  
 Quousq; tandem, rector orbis optime,  
 Sese superbè iactitabunt impij?  
 Deuota sceleri facio in scelere suo  
 Plaudit, sibiq; fabulis stultis placet:  
 Tuumq; populum pedibus interim premunt,  
 Tuam proteruè hereditatem proterunt.  
 Viduam trucidant aduenamq; & omnibus  
 Parente caslos obruunt molestijs:  
 Secumq; mussant, Hæc Deus non aspicit,  
 Nec fanda prorsus & nefanda intelligit.  
 Gens ergo bruta penitus ignorantia  
 Obsessa pectus somnolentum, discute  
 Animi ueternum, & cogita tecum, Deus

M iii

Qui fecit aurem, surdus est: qui luminum  
Formauit orbes, ipse nihil uidet: uagas  
Sine legegentes recta qui sequi docet,  
Non is suorum puniet scelera, quibus  
Oracula legum sacrosancta credidit?  
Arcana nostri pectoris nouit Deus,  
Consilia uana, spes inanes, turbidos  
Aestus. Beatus ille demum quem parens  
Erudit amore patrio, legis suæ  
Cui scita monstrat, rebus in duris ager  
Securus æuum, dum paratur impio  
Nastra, in lacunam incogitantem quæ trahat.  
Hæreditatem nec Dominus unquam suam  
Ope destitutam negliget, nec impijs  
Prædæ relinquet, sed tribunal iudicium  
Ad æquitatis diriget normam suæ:  
Vitamq; ad illam dirigent boni suam.  
Contra scelestos quis mihi auxilium feret?  
Mecum impiorum quis premet superbiam?  
Nam iam sepulcri frigidas sub frigido  
Cumulo iacerem, nisi Dominus opem mihi  
Præsens tulisset, & sua clementia  
Firmasset animum, & iam uacillatè gradum  
Fulcisset: & me penè submersum malis  
Solatus esset, anxiæq; nubibus  
Curæ remotis reddidisset gaudium.  
Mecum loquebar, Quid scelestis cum Deo  
Commune? scelera legis umbra qui sua  
Tegunt, bonorum fraudulenta qui in caput  
Concilia coeunt: factione innoxium  
Premunt, iniquisq; obruunt sententijs.

At

At rector orbis me tuebitur, meæ  
Custos salutis, arx meæ fiduciæ,  
Pro fcelere prauis digna reddet præmia:  
Suis & ipsos artibus pessundabit  
Rerum creator Dominus, ac noster Deus.

PSAL. XC V. Venite exultemus Domino,  
iubilemus Deo, &c. Carm. gen. 2.

Eia alacres cuncti Dñi celebremus honores:  
Salute parta Domino agamus gratias.  
Eia alacres rapiamus iter, mora segnis abesto:  
Dominum canora personemus barbito.  
Magnus enim Domin⁹ Deus est: Rex magnus,  
Lóge uniuersis est deis potérior. (& orbis  
Ille manu fulcit uastæ penetralia terræ,  
Et nube cincta montium fastigia.  
Ille uagum fecitq; & factum téperat æquor,  
Terramq; saltis innatantem fluctibus.  
Eia igitur genibus flexis manibusq; supinis,  
Dominoq; nostra supplicemus & patri.  
Noster enim Deus est, nos grec illius : ab uno  
Pendemus illo, spiritumq; ducimus:  
Si modò non lentam uerbis damus illius aurē,  
Nec respuamus monita pertinaciter:  
Nec, uelut ad Meribā, me rixis, inquit, acerbis  
Et arroganti prouocetis murimure:  
Aut, Arabū ueluti quōdam per inhospita saxa,  
Vires rebelli uoce tentetis meas:  
Quum proaui uestri me explorauêre, meamq;  
Didicere factis plurimis potentiam.

M iiii